varios, así lo que está entero en un lugar es distinto de lo que está entero al mismo tiempo en otro, de suerte que se verifican así totalidades individuales separadas. Lo que está entero en un mismo lugar, no tiene, en efecto, ninguna de sus partes fuera de este mismo lugar. Pero aquello que no tiene ninguna parte fuera de un lugar, no tiene ninguna que esté al mismo tiempo en otro lugar. Lo que está entero en un lugar determinado, no tiene nada al mismo tiempo fuera de este lugar. Pero aquello que no tiene ninguna parte fuera de un lugar cualquiera, no tiene ninguna al mismo tiempo en otro lugar. Por lo cual, lo que está entero en un lugar cualquiera, no puede tener al mismo tiempo ninguna de sus partes en otro lugar. ¿Cómo podría entonces estar a la vez entero en un lugar lo que está ya entero en otro, puesto que ninguna de sus partes puede estar en otro lugar? Así, puesto que un solo todo no puede estar a la vez todo entero en diversos lugares, siquiese que en cada lugar son todos distintos, si hay en cada lugar algo que esté en él enteramente. Por lo cual, si la naturaleza suprema está entera al mismo tiempo en todos y en cada lugar, tantos como hay lugares particulares, otras tantas naturalezas supremas hay, lo que la razón no puede admitir. No está, pues, entera al mismo tiempo en cada lugar.—Pero si está entera en tiempos diversos en cada lugar, cuando está en uno, no hay en los otros ni bondad ni esencia, puesto que nada en absoluto existe sin ella. Lo absurdo de esta consecuencia queda demostrado por la misma suposición, porque los lugares no son la nada, sino que son algo. La naturaleza suprema no está, pues, entera en cada lugar en tiempos diversos. Y si ni en el mismo tiempo ni en tiempos diversos está entera en cada lugar, es evidente que no está entera, de ningún modo, en todos y cada uno de los lugares.—Hay que averiguar ahora si esta naturaleza suprema se halla entera en todos los tiempos, o a la vez o distintamente por tiempos. Pero ¿cómo puede encontrarse enteramente un ser en cada tiempo a la vez, si estos tiempos no tienen una existencia simultánea? Si está enteramente en cada tiempo, pero separada y de una manera distinta, como un hombre que puede estar entero ayer, entero hoy, entero mañana, se puede decir con exactitud que ella ha estado y estará. Así, la edad de esta naturaleza suprema, que no es más que su eternidad, no existe entera a la vez; se halla, al contrario, dividida en otras tantas porciones de tiempo que se

todos los tiempos, alegando la imposibilidad de la presencia física de los futuros en la eternidad antes de que existan en su propia naturaleza. Pero antes de deshacer estas objeciones en el capítulo siguiente pone, como lo hará Santo Tomás más tarde, su verdadera opinión o argumento *sed contra*.

aetas per temporum cursus producitur, habet cum ipsis temporibus praesens, praeteritum et futurum. Quid autem aliud est eius vel aetas vel existendi diuturnitas quam eius aeternitas? Ergo cum eius aeternitas nihil aliud sit quam eius essentia, sicut supra digesta ratio indubitabiliter probat; si eius aeternitas habet praeteritum, praesens et futurum, consequentem quoque eius essentia habet praeteritum, praesens et futurum. At quod praeteritum est, non est praesens vel futurum; et quod praesens est, non est futurum nec praeteritum; et quod futurum est, non est praeteritum vel praesens. Quomodo igitur stabit, quod supra rationabili et perspicua necessitate claruit, scilicet quia illa summa natura nullo modo composita sed summe simplex est et summe incommutabilis, si aliud et aliud est in diversis temporibus et per tempora distributas habet partes? Aut potius si illa vera sunt, immo quia liquida vera sunt, quomodo haec possible sunt? Nullo igitur modo creatrix essentia aut aetas aut aeternitas eius recipit praeteritum vel futurum. Praesens enim quomodo non habet, si vere est? Sed *fuit* significat praeteritum, et *erit* futurum. Nunquam igitur illa fuit vel erit. Quare non est distincte sicut nec simul tota in diversis singulis temporibus.

Si igitur sicut discussum est, nec sic est tota in omnibus locis vel temporibus, ut simul sit tota in omnibus et per partes in singulis, nec sic ut tota sit in singulis, manifestum est quoniam non est ullo modo tota in omni loco vel tempore. Et quoniam similiter pervisum est, quia non sic est in omni loco vel tempore, ut pars sit in omni et pars sit extra omnem locum aut tempus, impossibile est ut sit ubique et semper. Nullatenus enim potest intelligi esse ubique et semper, nisi aut tota aut pars. Quod si nequaquam est ubique et semper, aut erit determinate in aliquo loco vel tempore, aut in nullo. Determinate autem eam in aliquo non posse esse iam discussum est. In nullo igitur loco vel tempore, id est nusquam et nunquam est. Non enim potest esse nisi aut in omni aut in aliquo. Sed rursus cum constet inexpugnabiliter non solum quia est per se et sine principio et sine fine, sed quia aliquid sine ea nec usquam nec unquam est, necesse est illam esse ubique et semper.

succeden. Pero su eternidad no es otra cosa más que ella misma, y la suprema esencia estará, por tanto, dividida en partes múltiples, según las épocas distintas del tiempo. Porque si su edad está constituida por el curso de los tiempos, tiene, como él, un presente, un pasado y un futuro. Ahora bien, ¿cuál puede ser su edad, o la duración de su existencia, si no es su eternidad? Pues como su eternidad no es más que su esencia, como lo prueban incontestablemente las razones expuestas anteriormente, si su eternidad tiene un pasado, un presente y un futuro, síguese que su esencia tiene esos mismos tiempos. Pero lo que es pasado no es ni presente ni futuro; lo que es presente no es ni pasado ni futuro; lo que es futuro no es ni presente ni pasado. ¿Cómo subsistirá entonces el principio cuya necesidad ha sido demostrada anteriormente, a saber, que esta naturaleza suprema no está compuesta, que es soberanamente simple e inmutable, si ella es diferente en tiempos diversos, si tiene partes que se suceden en la duración, o más bien, si los principios demostrados son verdaderos, mejor dicho, puesto que son verdaderos y claros, cómo son posibles estas consecuencias? La esencia creadora, su edad o su eternidad no admite, por consiguiente, pasado o futuro. Por el contrario, ¿cómo no tendría presente si *existe* verdaderamente? Mientras *ha existido* significa el pasado; *ella será*, el futuro. Así, pues, nunca será, nunca fué; por lo cual no está ni separadamente ni entera a la vez en cada parte del tiempo. Por tanto, si, como la división precedente lo ha establecido, no está en todos los lugares ni tiempos, de suerte que esté a la vez entera en todos y por parte en cada uno, ni entera en cada uno, es evidente que no está de ninguna manera entera en todo lugar y en todo tiempo. Y como hemos visto igualmente que no está en todo lugar y tiempo de modo que una parte está en toda parte y lugar, mientras otra estuviese fuera, es imposible que esté por doquiera y siempre. Porque no puede concebirse como existiendo por doquiera y siempre si no es o entera o en parte. Y si no está por doquiera y siempre, o estará de una manera determinada en un lugar o tiempo dado o no estará en ninguno. Pero ya hemos hecho ver que no podía estar de una manera determinada, en ningún lugar. No está, pues, en ningún lugar ni tiempo, porque no podría estar más que en todo o en alguna cosa. Pero por otra parte, como no se puede dudar, después de pruebas irrefragables, que no solamente existe por sí misma sin principio y sin fin, sino que también sin ella no hay nada ni en el espacio ni en el tiempo, es necesario concluir que está por doquiera y siempre.

CAPITULUM XXII.

QUOMODO SIT IN OMNI ET IN NULLO LOCO ET TEMPORE.

Quomodo ergo convenient haec tam contraria secundum prolationem, et tam necessaria secundum probationem? Fortasse quodam modo est summa natura in loco vel tempore, quo non prohibetur sic esse simul tota in singulis locis vel temporibus, ut tamen non sint plures totae sed una sola tota, nec eius aetas, quae non est nisi vera aeternitas, non sit distributa in praeteritum, praesens et futurum. Non enim videntur hac lege loci ac temporis cogi nisi ea quae sic sunt in loco vel tempore, ut loci spatium aut temporis diuturnitatem non excedant. Quare sicut de his quae huiusmodi sunt, unum idemque totum simul non posse esse totum in diversis locis et temporibus, omni veritate assentitur, ita in his quae huiusmodi non sunt, id ipsum nulla necessitate concluditur. Iure namque dici videtur quod tantum eius rei sit aliquis locus, cuius quantitatem locus circumscribendo continet, et continendo circumscribit; et quod eius solum rei sit aliquod tempus, cuius diuturnitatem tempus metiendo aliquo modo terminat et terminando metitur. Quapropter cuius amplitudini aut diuturnitati nulla meta vel a loco vel a tempore opponitur, illi nullum esse locum vel tempus vere proponitur. Quoniam namque nec locus illi facit quod locus, nec tempus quod tempus, non irrationabiliter dicitur, quia nullus locus est eius locus, et nullum tempus est eius tempus. Quod vero nullum locum aut tempus habere conspicitur, id profecto nullatenus locis aut temporis legem subire convincitur. Nulla igitur lex loci aut temporis naturam illam aliquo modo, cogit, quam nullus locus ac tempus aliqua continentia claudit.

Quaenam autem rationalis consideratio omnimoda ratione non excludat, ut creatricem summamque omnium substantiam, quam necesse est alienam esse et liberam a natura et iure omnium quae ipsa de nihilo fecit, ulla loci prohibitio vel temporis includat, cum potius eius potentia quae nihil est aliud quam eius essentia, cumeta a se facta sub se continendo concludat? Quomodo quoque non est impudens imprudentiae dicere quod summae veritatis aut locus circumscribat quantitatem aut tempus mediatur diuturnitatem, quae nullam penitus localis vel temporalis distentionis magnitudinem suscipit vel parvitatem?

CAPITULO XXII

CÓMO LA SUBSTANCIA SUPREMA ESTÁ A LA VEZ EN TODO TIEMPO Y EN TODO LUGAR Y A LA VEZ EN NINGÚN TIEMPO NI LUGAR

¿Cómo podrán concordarse estos principios, tan contrarios en su enunciación y tan necesarios en cuanto a las pruebas que hemos dado? La manera con que la naturaleza suprema está en el tiempo y el lugar es, quizás tal, que esté a la vez en cada lugar y en cada tiempo enteramente sin que forme varias totalidades, sino una, sola y entera, y sin que su edad, que no es más que la verdadera eternidad, se distribuya en pasado, presente y futuro. Porque la ley del tiempo y del espacio parece no extenderse más que a las cosas que están en el lugar y el tiempo, de manera que no pasan los límites ni de uno ni de otro. Por lo cual, como, hablando de los seres de esta naturaleza, es una verdad la afirmación de que el mismo todo no puede estar a la vez en lugares o tiempos diversos, igualmente esta conclusión no se aplica necesariamente a aquellos que son de una naturaleza distinta. Porque se dice, parece ser con razón, que el lugar de una cosa es solamente la parte de espacio que circunscribe y encierra, y que su tiempo es la parte de duración que la mide y limita. Por lo cual, el ser al que el lugar y el tiempo no imponen límites no tiene realmente ni tiempo ni lugar. Porque, desde el momento que el espacio no le impone un lugar, ni la duración un tiempo, no va contra la razón afirmar que no tiene ni lugar ni tiempo. En cuanto a lo que no tiene ni lugar ni tiempo, es cierto que no está sometido a la luz del espacio y del tiempo. Por tanto, ninguna ley del espacio o del tiempo puede reinar, por modo alguno, sobre una naturaleza que no está encerrada por lugar o tiempo alguno, y, según un examen dirigido por la más sana razón, ¿cómo no concluir, por muchos conceptos, que la naturaleza suprema, creadora de todas las cosas, necesariamente libre de la acción de la ley que les rige, extraña a su naturaleza, y que lo ha hecho todo de la nada, no puede ser detenida por las trabas de ningún lugar y tiempo, puesto que, al contrario, su poder, que no es otra cosa que su esencia, encierra y contiene todo lo que ella ha creado? ¿Cómo no sería también una audacia loca, el decir que la verdad suprema está limitada en su extensión por el lugar, en su duración por el tiempo, ella que no admite en sí ninguna medida, grande o pequeña, por parte del tiempo o del lugar? Por lo cual, cómo la condición del tiempo y del lugar quiere que todo lo que está contenido por

Quoniam itaque loci haec est et temporis conditio, ut tantummodo quidquid eorum metis clauditur, nec partium fugiat rationem, vel qualem suscipit locus eius secundum quantitatem, vel qualem patitur tempus eius secundum diurnitatem, nec ullo modo possit totum a diversis locis vel temporibus simul contineri; quidquid vero loci vel temporis continentia nequaquam coeuret, nulla locorum vel temporum lege ad partium multipliciter cogatur, aut praesens esse totum simul pluribus locis aut temporibus prohibeatur; quoniam inquam, haec est conditio loci ac temporis, proculdubio summa substantia, quae nulla loci vel temporis continentia cingitur, nulla eorum lege constringitur. Quare quoniam summam essentiam totam et inevitabilis necessitas exigit nulli loco vel tempore desse, et nulla ratio loci aut temporis prohibet omni loco vel tempore simul totam adesse, necesse est eam simul totam omnibus et singulis locis et temporibus praesentem esse. Non enim quia huic loco vel tempore praesens est, idcirco prohibetur illi vel illi loco aut tempore simul et similiter praesens esse; nec quoniam fuit aut est aut erit, ideo aeternitatis eius aliquid evanuit a praesenti tempore cum praeterito quod iam non est, aut transit cum praesenti quod vix est, aut venturum est cum futuro quod nondum est. Nullatenus namque cogitur vel prohibetur lege locorum aut temporum alioqui aut aliquando esse vel non esse, quod nullo modo intra locum vel tempus claudit suum esse. Nam si ipsa summa essentia dicitur esse in loco aut tempore, quamvis de illa et de localibus sive temporalibus naturis una sit prolatio propter loquendi consuetudinem, diversus tamen est intellectus propter rerum dissimilitudinem. In illis namque duo quaedam eadem prolatio significat: id est, quia et praesentia sunt locis et temporibus in quibus esse dicuntur, et quia continentur ab ipsis; in summa vero essentia unum tantum percipitur; id est, quia praesens est, non etiam quia continetur.

Unde si usus loquendi admitteret, convenientius dici videretur esse cum loco vel tempore quam in loco vel tempore. Plus enim significatur contineri aliquid cum dicitur esse in alio, quam cum dicitur esse cum alio. In nullo itaque loco vel tempore proprie dicitur esse, quia omnino a nullo alio continetur; et tamen in omni loco vel tempore suo quodam modo dici potest esse, quoniam quidquid aliud est, ne in nihilum cadat ab ea praesente sustinetur. In omni loco et tempore

ellos pueda ser dividido en partes, ya en el sentido de la extensión para el lugar, ya para el tiempo en el sentido de la duración, y que de ninguna manera un todo puede ser contenido a la vez por diversos lugares y tiempos, y que, por otra parte, lo que el lugar y el tiempo no pueden encerrar y limitar no queda forzado por ninguna ley del tiempo y del lugar a sufrir la multiplicidad de las partes ni impedido de estar entero a la vez en varios lugares y tiempos, puesto que, volvemos a repetir, tal es la condición del tiempo y del lugar, no se puede dudar que la substancia suprema, que no está contenida por los límites de uno y de otro, no esté sometida tampoco a la ley que les rige. Por lo cual, como una necesidad inevitable exige que la suprema esencia no esté ausente de ningún lugar ni tiempo y que ninguna condición de lugar y tiempo impide que se halle entera, presente a la vez en todo lugar y tiempo, es necesario que esté a la vez entera, presente en todo lugar y tiempo, en cada lugar y en cada momento. Porque del hecho que esté presente en un lugar o en un momento, no se sigue la necesidad de no estar presente a la vez en otro lugar y en otro momento. Y porque este momento en que está presente ha sido, es y será, no se sigue que haya desaparecido algo de su eternidad con el momento pasado, o sea presente con el presente, o deba ser un día con un futuro que no es aún. Porque lo que no encierra su esencia con los límites del espacio o del tiempo, no es, por la ley del tiempo y del lugar, forzado a no existir o a encerrarse en alguna parte o en algún punto de duración. Y si alguna vez se dice de la esencia suprema que está en un lugar o en el tiempo, aunque al hablar de ella se empleen, a causa del uso, términos que no convienen más que a la naturaleza del tiempo y del espacio, deben entenderse, sin embargo, de modo muy distinto, a causa de la diferencia real de las cosas. Estas expresiones, en efecto, pueden ser entendidas en dos sentidos distintos; expresan: 1.º, o que las cosas están presentes en el lugar y en el tiempo; 2.º, o que están contenidas por uno y otro. Pero cuando se habla de la suprema esencia, uno sólo de estos sentidos es el verdadero, es el que expresa la presencia y no la condición de estar contenida. Por eso sería más exacto decir, si el uso lo permitiese, que existe con el tiempo y el espacio, mejor que decir que existe en el tiempo y el espacio. Porque, si se quiere expresar que una cosa está contenida en otra, es más exacto decir que está en que con cosa cosa. Por lo cual no se puede decir con exactitud que la suprema esencia está en algún lugar y tiempo, porque no puede ser contenida por nada más que por ella, y sin embargo, se puede afirmar que está en todo tiempo y lugar de un modo que le es propio, porque todo lo que no es ella está necesariamente sostenido por ella, sin lo cual cesaría de exis-

est, quia nulli abest, et in nullo est, quia nullum locum aut tempus habet. Nec in se recipit distinctiones locorum aut temporum, ut hic vel illic vel atubi, aut nunc vel tunc vel aliquando; nec secundum labile praesens tempus quo utimur est, aut secundum praeteritum vel futurum fuit aut erit, quoniam haec circumscriptorum et mutabilium propria sunt, quod illa non est; et tamen haec de ea quodammodo dici possunt, quoniam sic est praesens omnibus circumscriptis et mutabilibus, ac si illa eisdem circumscribat locis et mutetur temporibus. Patet itaque quantum sat est ad dissolutionem quae inscribat contrarietatem qualiter summa omnium essentia ubique et semper et nusquam et nunquam, id est in omni et nullo loco aut tempore sit, iuxta diversorum intellectuum concordem veritatem.

CAPITULUM XXIII

QUOMODO MELIUS INTELLIGI POSSIT ESSE UBIQUE QUAM IN OMNI LOCO

Verum cum constet eandem summam naturam non magis esse in omnibus locis quam in omnibus quae sunt, non velut quae contineatur, sed quae penetrando cuncta contingat: cur non dicatur esse ubique hoc sensu, ut potius intelligatur esse in omnibus quae sunt, quam tantum in omnibus locis, cum hunc intellectum et rei veritas exhibeat, et ipsa localis verbi proprietates nequaquam prohibeat? Solemus namque saepe localia verba irreprehensibiliter attribere rebus, quae nec loca sunt nec circumscriptione locali continentur. Velut si dicam ibi esse intellectum in anima, ubi est rationalitas. Nam cum *ibi* et *ubi* localia verba sint, non tamen

tir; ella está en todo lugar y tiempo, porque no está ausente de nada, y no está en nadie, porque no tiene lugar ni tiempo, porque no admite ninguna división de lugar y tiempo. Ella no está ni aquí ni allí, ni en ninguna otra parte, ni entonces, ni ahora, ni un día futuro; no existe según el tiempo presente, que pasa y del cual usamos; no ha existido ni existirá según el tiempo pasado o futuro; porque estas maneras de existir pertenecen a las cosas circunscritas y mudables, entre las cuales ella no cuenta. Y, sin embargo, se la pueden atribuir, hasta cierto punto, estas condiciones, porque está presente a las cosas circunscritas y mudables, hasta parecer limitada por el lugar y modificada por el tiempo. Se ve, pues, claramente, lo suficiente, por lo menos, para disipar la contradicción que nos detenía, de qué manera la esencia suprema está siempre y por doquiera, en ninguna parte y nunca, es decir, en todo lugar y tiempo, en ningún lugar y tiempo, según que se entiendan estas expresiones en diversos sentidos, que nos conducen a la misma verdad.

CAPITULO XXIII

CÓMO SE PUEDE COMPRENDER MEJOR QUE ESTÁ POR DOQUIERA, MÁS BIEN QUE EN TODOS LOS LUGARES

Como es cierto que esta naturaleza suprema no está en todos los lugares, como tampoco en todas las cosas existentes como contenida, sino como conteniéndolas a todas y penetrándolas, ¿por qué no se diría que está por doquiera, en el sentido de que no solamente está en todos los lugares, sino también en todos los seres? Este sentido es, en efecto, el que presenta la verdad que expresa, y no está en oposición con las propiedades de las palabras usadas para designar lo que es local. Porque nos ocurre con frecuencia, aun viniendo al caso, que aplicamos estas palabras a cosas que no son lugares, y que ni siquiera están circunscritas por ninguna condición local, como cuando decimos que la inteligencia está en el alma, donde se encuentra la facultad de razonar. Porque aunque *allí, donde*, sean adverbios de

Se trata en este capítulo de demostrar que la inmensidad de Dios, de la que nos ha hablado anteriormente, se expresa mejor diciendo que está por doquiera, que en todo lugar. En el siguiente demostrará que conviene más a su eternidad la palabra siempre que todo tiempo. La razón que nos da es que la palabra lugar es propia de un cuerpo, mientras que los espíritus no ocupan espacio. Ahora bien, la divina presencia se extiende también a las regiones de los espíritus, a todo lo que existe, porque a todos mantiene en el ser.

Por semejanza nos dirá en el capítulo siguiente que para expr-

locali circumscriptione aut anima continet aliquid, aut intellectus vel rationalitas continentur. Quare summa natura secundum rei veritatem aptius dicitur esse ubique secundum hanc significationem, ut intelligatur esse in omnibus quae sunt, quam si intelligitur tantum in omnibus locis. Et quoniam sicut supra expositae rationes docent, aliter esse non potest, necesse est eam sic esse in omnibus quae sunt, ut una eademque perfecte tota simul sit in singulis.

CAPITULUM XXIV

QUOMODO MELIUS INTELLIGI POSSIT ESSE SEMPER QUAM IN OMNI TEMPORE

Eandem quoque summam substantiam constat sine principio et fine esse, nec habere praeteritum aut futurum, nec temporabile, hoc est labile praesens quo nos utimur, quoniam aetas sive aeternitas eius, quae nihil aliud est quam ipsa, immutabilis et sine partibus est. Nonne ergo *semper* quod videtur designare totum tempus, multo verius si de illa dicitur, intelligitur significare aeternitatem, quae sibi ipsi nunquam est dissimilis, quam temporum varietatem, quae sibi semper in aliquo est non similis? Quare si dicitur *semper* esse, quoniam idem est illi esse et vivere, nihil melius intelligitur quam aeternae esse vel vivere, id est interminabilem vitam perfecte simul totam obtinere. Videtur enim eius aeternitas esse interminabilis vita simul perfecte tota existens. Cum enim supra iam satis liqueat quod eadem substantia non sit aliud quam vita sua et aeternitas sua, nec sit aliquo modo terminabilis, nec nisi simul et perfecte tota: quid aliud est vera aeternitas quae illi soli convenit, quam interminabilis vita simul et perfecte tota existens? Nam vel hoc solo veram aeternitatem soli illi inesse substantiae, quae sola non facta sed factrix esse inventa est, aperte percipitur: quoniam vera aeternitas principii finisque meta carere intelligitur; quod nulli rerum creaturarum convenire, eo ipso quod de nihilo factae sunt, convincitur.

...sar su eternidad es más apta la palabra *siempre*, que *todo tiempo*, porque aquella indica cualquier perpetuidad, sin principio, sin fin, sin movimiento o sucesión; el tiempo, en cambio, lleva consigo la idea esencial de una sucesión, opuesta por lo mismo a la idea de la eternidad, que no tiene partes y es indivisible; por aquí se distingue también del *evó*, que no carece de sucesión, puesto que es la medida de los movimientos de los ángeles.

lugar, no se sigue que el alma encierre en ella alguna cosa en una circunscripción local, o que la inteligencia y la facultad de razonar estén en ella contenidas realmente. Por lo cual, si no queremos expresar más que la verdad en sí misma, será más justo decir que la suprema esencia está por doquiera, en el sentido que acabamos de indicar, es decir, que está en todo lo que existe, más bien que representarla solamente como existiendo en todos los lugares. Y como lo prueban las razones expuestas anteriormente, no puede ser de otro modo; es necesario que esté en todo lo que existe, de suerte que sea una, la misma y entera al mismo tiempo en cada cosa.

CAPITULO XXIV

QUE SE PUEDE COMPRENDER MEJOR QUE LA SUPREMA ESENCIA EXISTE SIEMPRE QUE NO EN TODO TIEMPO

Es cierto que esta misma substancia suprema carece de principio y de fin, que no tiene ni pasado, ni futuro, ni este presente temporal fugitivo que nosotros tenemos, porque su edad o eternidad, que no es otra cosa que ella misma, es inmutable e indivisible. ¿No se sigue de aquí que esta palabra *siempre*, que designa el tiempo en su conjunto, empleado para hablar de ella, expresa con más realidad la eternidad, que es siempre idéntica a sí misma, que las variedades del tiempo, siempre distinto de sí mismo en algo? Por lo cual, si se dice de esta naturaleza suprema que existe siempre, porque para ella ser y vivir son una misma cosa, nada más fácil que comprender que ella existe y vive eternamente, es decir, que posee una vida interminable, perfecta y entera a la vez, porque su eternidad parece ser una vida interminable que existe perfecta y enteramente a la vez. Como hemos mostrado, en efecto, anteriormente, que esta misma substancia no es otra cosa que su propia vida y su propia eternidad, que no tiene ningún límite y que existe a la vez entera en toda su perfección, ¿qué otra cosa es esta eternidad verdadera que le conviene a ella sola, más que una vida que carece de término, que existe entera a la vez, en el más alto grado de perfección? Por este simple hecho es evidente que la verdadera eternidad no conviene más que a esta substancia, la única que no ha sido hecha, sino que lo ha creado todo, porque comprendemos que la verdadera eternidad no tiene ni principio ni fin, lo que no pertence a ninguna criatura, por el simple hecho de haber salido de la nada.

CAPITULUM XXV

QUOD NULLIS MUTABILIS SIT ACCIDENTIBUS

Sed haec, essentia, quam patuit, omnimode, sibi esse eandem substantialiter: nonne aliquando est a se diversa vel accidentaliter? Verum quomodo est summe incommutabilis, si per accidentia potest non dicam esse, sed vel intelligi variabilis? Et e contra quomodo non est particeps accidentis, cum hoc ipsum quod maior est omnibus aliis naturis et quod illis dissimilis est, illi videatur accidere? Sed quid repugnant quorundam quae accidentia dicuntur susceptibilitas et naturalis incommutabilitas, si ex eorum assumptione nulla substantiam consequatur variabilitas? Omnium quippe quae accidentia dicuntur, alia non nisi cum aliqua participantis variatione adesse et abesse posse intelliguntur, ut omnes colores; alia nullam omnino vel accedendo vel recedendo mutationem circa id de quo dicuntur afficere noscuntur, ut quaedam relationes. Constat namque quia homini post annum praesentem nascituro, nec maior nec minor nec aequalis simi nec similis. Omnes has relationes utique cum natus fuerit, sine omni mei mutatione ad illum habere potero et amittere, secundum quod crescat, vel per qualitates diversas mutabitur.

Palam itaque fit, quia eorum quae accidentia dicuntur, quaedam aliquatenus attrahant commutabilitatem, quaedam vero nullatenus subtrahant immutabilitatem.

Sicut igitur summa natura accidentibus mutationem efficientibus nunquam in sua simplicitate locum tribuit, sic secundum ea quae nullatenus summae incommutabilitati repugnant, aliquando dici aliquid non respuit, et tamen aliquid

CAPITULO XXV

QUE ES INMUTABLE¹

Esta esencia, que es siempre la misma substancialmente, según dejamos demostrado anteriormente, ¿no puede modificarse por algunas diferencias accidentales? Ciertamente que no. Porque, ¿cómo podría ser soberanamente inmutable, si por medio de los accidentes pudiera, no digo cambiar en realidad, sino únicamente ser estimada como sujeta al cambio? Pero, por otra parte, se preguntará, ¿cómo puede decirse que no es susceptible de accidente, pues ocurre que es a la vez mayor que las otras naturalidades y diferente? ¿En qué se contradicen entonces, responderemos nosotros, la propiedad de recibir accidentes y la inmutabilidad natural, si de esta intervención de los accidentes no se sigue ningún cambio en la substancia? Entre los accidentes, unos son tales que no se puede sospechar su presencia o su ausencia sin un cambio en el objeto que afectan, como son los colores; los otros no operan ningún cambio en el objeto, ni por su presencia ni por su ausencia: tales son ciertas relaciones. No se puede dudar, por ejemplo, que yo sea mayor o menor, igual o semejante al hombre, cualquiera que sea, que nazca el año próximo. Sin embargo, cuando nazca, sin que se realice ningún cambio en mi ser, yo podré tener con él todas estas relaciones, podré perderlas según que crezca o sufra otros cambios. Es, pues, claro que, entre las cosas que son llamadas accidentes, unas comunican al objeto que afectan la posibilidad de cambiar, las otras no destruyen en nada su inmutabilidad. Por tanto, así como la naturaleza suprema, en su simplicidad, no está sujeta a accidentes que puedan modificarla, del mismo modo, en cuanto a la intervención de accidentes que no son contradictorios con su incommutabilidad, es permitido atribuirle tal o cual cualidad, sin que se siga necesariamente, en cuanto a su

¹ Este capítulo 25, como el 15, merecen particular atención, porque explican muy bien cómo Dios, que es un ser puro, no es, sin embargo, un puro ser sin propiedades, perfecciones o atributos propios, como algunos se lo han imaginado, confundiendo las dos cosas tan distintas que expresan los términos *ser puro* y *puro ser*. Estos capítulos determinan qué propiedades deben o no ser atribuidas a Dios. Por lo demás, todo lo que el autor dice en el *Monologio* y en el *Proslogio* sobre muchas perfecciones que él explica separadamente muestra con evidencia lo que piensa del sistema que señalamos aquí. Para comprender mejor el capítulo 25 hay que advertir que los escolásticos tomaban la palabra *accidente* ya como sinónimo de propiedad o atributo en general, ya como sinónimo de cualidad accidental.

eius essentiae unde ipsa variabilis intelligi possit non accidit. Unde hoc quoque concludi potest, quia nullus accidentis susceptibilis est. Quippe quemadmodum illa accidentia, quae mutationem aliquam accedendo vel recedendo, ipso suo effectu vere accidere rei quam mutant perpenduntur: sic illa quae a simili effectu deficiunt, improprie dici accidentia deprehenduntur. Sicut ergo semper sibi est omni modo eadem substantialiter, ita nunquam est a se diversa ullo modo vel accidentaliter. Sed quoquo modo sese habeat ratio de proprietate nominis accidentium, illud sine dubio verum est, quia de summe incommutabili natura nihil potest dici, unde mutabilis possit intelligi.

CAPITULUM XXVI

QUOMODO ILLA DICENDA SIT ESSE SUBSTANTIA, ET QUOD SIT EXTRA OMNEM SUBSTANTIAM, ET SINGULARITER SIT QUIDQUID EST

Sed si ratum est quod de huius naturae simplicitate perspectum est: quomodo substantia est? Nam cum omnis substantia admixtionis differentiarum vel mutationis accidentium sit susceptibilis, huius immutabilis sinceritas omnimodae admixtionis sive mutationi est inaccessibilis. Quomodo ergo obtinebitur eam esse quamlibet substantiam, nisi dicatur substantia pro essentia, et sic sit extra sicut est supra omnem substantiam? Nam quantum illud esse, quod per se est quidquid est, et de nihilo facit omne aliud esse, diversum est ab eo esse, quod per aliud fit de nihilo quidquid est: tantum omnino distat summa substantia ab illis quae non sunt idem quod ipsa. Cumque ipsa sola omnium naturarum habeat a se sine alterius naturae auxilio esse quidquid est, quomodo non est singulariter absque suae creaturae consortio quidquid ipsa est? Unde si quando illi est cum aliis nominis alicuius communio, valde procul dubio intelligenda est diversa significatio.

esencia, que sea variable. De aquí se puede concluir que no es susceptible de admitir en ella ningún accidente, porque como los accidentes, cuya presencia o ausencia realiza cambios en las cosas, son llamados así en tanto que por su propio efecto afectan a la cosa a que se refieren, de igual manera se llama impropriamente accidentes a las cosas que no producen un efecto análogo. Por tanto, como la naturaleza suprema es por todos los conceptos y substancialmente siempre la misma, así no es tampoco nunca, ni de ningún modo, diferente de ella misma, ni siquiera accidentalmente. Por fin, de cualquier manera que se entienda la palabra *accidente*, siempre queda como verdad demostrada que no se puede afirmar nada de la naturaleza soberanamente inmutable que pueda hacer que se la considere como susceptible de cambio.

CAPITULO XXVI

EN QUÉ SENTIDO SE DICE QUE ES UNA SUBSTANCIA Y QUE ESTÁ FUERA DE TODA SUBSTANCIA Y QUE ELLA SOLA ES LO QUE ES¹

Si no se puede objetar nada a lo que hemos demostrado de la simplicidad de esta naturaleza, ¿cómo es una substancia? Porque si, por un lado, toda substancia es susceptible de admitir cierto número de accidentes diversos y variables, la pureza inmutable de esta naturaleza es, por otra parte, necesariamente inaccesible a todo cambio como a toda mezcla; ¿cómo podremos entonces decir que es una substancia cualquiera, a menos que por substancia entendamos esencia y que así la concibamos fuera y por encima de toda substancia? Porque en tanto el ser que es por sí mismo todo lo que es, y que ha hecho de la nada todo lo que es, difiere del ser que, salido de la nada, es lo que es por virtud de otro, otro tanto está separada la substancia suprema de lo que no es la misma cosa que ella. Y como es la única, entre todas las naturalezas, que ha recibido de sí misma, sin el auxilio de otro, todo su ser, ¿cómo no sería todo lo que es, sola y sin compañía de la criatura? Por tanto, si alguna vez se la da el mismo nombre que a ésta, es indudable que se debe entender en un sentido distinto.

¹ Resuelta en el capítulo anterior la objeción que había ptesto contra la suma simplicidad de la divina esencia, propone en el presente otra sacada del mismo nombre de substancia. San Anselmo sigue en esto, como en toda la obra, la doctrina de San Agustín en su libro *De Trinitate*. Se pregunta, pues, si el nombre de *substancia* conviene o no a Dios. La razón de dudar está en que el concepto de substancia se opone a la suma simplicidad, que es Dios, ya que, siendo aquella una de las diez categorías o predicamentos,

CAPITULUM XXVII
**QUOD NON CONTINEATUR IN COMMUNI TRACTATU SUBSTANTIA-
 RUM, ET TAMEN SIT SUBSTANTIA ET INDIVIDUUS SPIRITUS**

Constat igitur quia illa substantia nullo communi substantiarum tractatu includitur, a cuius essentiali communione omnis natura excluditur. Nampe cum omnis substantia tractetur aut esse universalis, quae pluribus substantiis essentialiter communis est, ut hominem esse commune est singulis hominibus; aut esse individuus, quae universalem essentiam communem habet cum aliis, quemadmodum singuli homines commune habent cum singulis, ut homines sint: quomodo aliquis summam naturam in aliarum substantiarum tractatu contineri intelligit, quae nec in plures substantias se dividit, nec cum alia aliqua per essentialem communionem se colligit? Quoniam tamen ipsa non solum certissime existit, sed etiam summe omnium existit, et cuiuslibet rei essentia dici solet substantia: profecto si quid digne dici potest, non prohibetur dici substantia. Et quoniam non noscitur dignior essentia quam spiritus aut corpus, et ex his spiritus dignior est, quam corpus; utique eadem asserenda est esse spiritus, non corpus. Quoniam, autem nec ullae partes sunt eiusdem spiritus, nec plures esse possunt eiusmodi spiritus, necesse est ut sit omnino individuus spiritus. Quoniam enim sicut supra constat nec partibus est compositus, nec ullis differentibus vel accidentibus intelligi potest esse mutabilis, impossibile est ut qualibet sectione sit divisibilis.

El fin que se propone el autor en este capítulo es establecer de una manera más completa que en el capítulo precedente que aunque Dios sea una substancia, es, sin embargo, una substancia única, esencialmente distinta de toda otra y sin nada de idéntico con las otras. Había probado en el capítulo 26 que la definición que se da ordinariamente de la substancia, cuando no se piensa más que en las substancias creadas, no es aplicable a Dios. Aquí muestra que la división ordinaria de la substancia, en universal e individual, no puede aplicarse tampoco a la substancia divina. Porque esta no es una substancia universal que contenga debajo de ella varias substancias individuales de la misma especie, como un género o una especie encierra varios individuos de la misma clase. No es tampoco una substancia individual en el mismo sentido que las otras substancias individuales, que tienen a su lado otras varias substancias individuales congéneras, las cuales, iguales todas entre sí, constituyen juntamente una especie o un género. La substancia divina no es ni un género, ni una especie, ni un individuo de un género o de una especie; es única e incommunicable a toda otra substancia.

La respuesta del Santo es que el nombre de substancia no se dice de Dios en sentido propio, sino en el sentido de esencia *per se subsistens*. En el capítulo siguiente continúa el tema; distinguiendo dos clases de substancias con Aristóteles: primera o individual, como *este hombre*, *Pedro*; y segunda o universal, o común a muchos individuos, como *hombre*, *águila*, *león*, que se multiplica en muchos individuos. La substancia divina no es la segunda, porque no es más que una necesariamente; no es tampoco la primera, porque no puede tener compañeros de sí misma, como lo tiene, por ejemplo, Pedro, que tiene una substancia común con los demás hombres.

CAPITULO XXVII

QUE NO SE PUEDE CONSIDERAR A ESTA SUBSTANCIA COMO A LAS OTRAS ORDINARIAS. QUE, SIN EMBARGO, ES UNA SUBSTANCIA Y UN ESPÍRITU INDIVIDUAL.

Es cierto, por tanto, que esta substancia, de cuya esencia no participa ninguna naturaleza, no pertenece a la clase ordinaria de las substancias. Porque, como toda substancia, en general, es o universal, es decir, común a muchas (el ser hombre, por ejemplo, es común a todos los hombres); o individual, es decir, que tiene una esencia universal común con otras substancias (cada hombre, por ejemplo, tiene de común con los otros su cualidad de hombre), ¿cómo podría clasificarse la naturaleza suprema en la categoría de las otras substancias, puesto que no se divide en varias substancias y no se une a otra por una comunidad de esencia? Sin embargo, como no sólo existe de un modo cierto, sino que goza, además, de la existencia en grado sumo, y como se llama substancia la esencia de cada ser, por lo mismo, si se puede expresar dignamente hablando de ella, nada se opone seguramente a que se diga que es una substancia; y como no se conoce esencia más digna que el espíritu y el cuerpo, y como, de estas dos, el espíritu es más digno que el cuerpo, hay que afirmar que esta substancia es espíritu y no cuerpo. Además, como un espíritu no tiene partes y no puede haber varios espíritus de la naturaleza de aquel de quien hablamos, es necesario que este espíritu sea individual de una manera absoluta. Porque, como se ha dicho anteriormente, no está compuesto de parte, y como no cabe que alguna diferencia o accidente pueda cambiarle, es imposible que se le divida en parte alguna.

El fin que se propone el autor en este capítulo es establecer de una manera más completa que en el capítulo precedente que aunque Dios sea una substancia, es, sin embargo, una substancia única, esencialmente distinta de toda otra y sin nada de idéntico con las otras. Había probado en el capítulo 26 que la definición que se da ordinariamente de la substancia, cuando no se piensa más que en las substancias creadas, no es aplicable a Dios. Aquí muestra que la división ordinaria de la substancia, en universal e individual, no puede aplicarse tampoco a la substancia divina. Porque esta no es una substancia universal que contenga debajo de ella varias substancias individuales de la misma especie, como un género o una especie encierra varios individuos de la misma clase. No es tampoco una substancia individual en el mismo sentido que las otras substancias individuales, que tienen a su lado otras varias substancias individuales congéneras, las cuales, iguales todas entre sí, constituyen juntamente una especie o un género. La substancia divina no es ni un género, ni una especie, ni un individuo de un género o de una especie; es única e incommunicable a toda otra substancia.

CAPITULUM XXVIII

QUOD IDEM SPIRITUS SIMPLICITER SIT, ET CREATA ILLI
COMPARATA NON SINT

Videtur ergo consequi ex praecedentibus quod iste spiritus, qui sic suo quodam mirabiliter singulari et singulariter mirabili modo est, quadam ratione solus sit, alia vero quaecumque videntur esse, huic collata non sint. Si enim diligenter intendatur, ille solus videbitur simpliciter et perfecte et absolute esse, alia vero omnia fere non esse et vix esse. Quoniam namque idem spiritus propter incommutabilem aeternitatem suam nullo modo secundum aliquem motum dici potest quia fuit vel erit, sed simpliciter est; nec mutabiliter est aliquid quod aliquando aut non fuit aut non erit; neque non est quod aliquando fuit aut erit, sed quidquid est semel et simul et interminabiliter est; quoniam inquam huiusmodi est eius esse: iure ipse simpliciter et absolute et perfecte dicitur esse.

Quoniam vero alia omnia mutabiliter secundum aliquid aliquando aut fuerunt, aut erunt quod non sunt, aut sunt quod aliquando non fuerunt vel non erunt; et quoniam hoc quod fuerunt, iam non est, illud autem scilicet quia erunt nondum est, et hoc quod in labili brevissimoque et vix existente praesenti sunt vix est; quoniam ergo tam mutabiliter sunt; non immerito negantur simpliciter et perfecte et absolute esse, et asseruntur fere non esse et vix esse. Deinde cum omnia quaecumque aliud sunt quam ipse, de non esse venerint ad esse non per se, sed per aliud; et cum de esse redeant ad non esse quantum ad se, nisi sustineantur per aliud: quomodo illis convenit simpliciter aut perfecte sive absolute esse et non magis vix esse aut fere non esse? Cumque esse solius eiusdem ineffabilis spiritus nullo modo intelligi possit aut ex non esse inceptum, aut aliquem pati posse ex eo quod est in non esse defectum; et quidquid ipse est non sit per aliud quam per se, id est per hoc quod ipse est: nonne huius esse

CAPITULO XXVIII

QUE ESTE MISMO ESPÍRITU EXISTE PURA Y SIMPLEMENTE, Y QUE NINGUNA COMPARACIÓN ES POSIBLE ENTRE ÉL Y LAS COSAS CREADAS ¹

Parece seguirse de lo que precede que este espíritu cuyo modo de existir es, a la vez, tan admirable y singular, existe sólo en cierto sentido, mientras que todo lo demás, si se lo compara con él, no existe. Si, en efecto, se fija la atención en él, se verá que es el único que tiene una existencia simple, perfecta, absoluta, y las otras cosas parecerá que no existen apenas y que no disfrutan más que de una vida presada. Porque desde el momento en que este espíritu, a causa de su inmutable eternidad, no puede, como si estuviese sujeto a algún cambio, ser dicho que existirá o que ha existido, sino solamente que existe, y puesto que no es tampoco, de una manera variable, algo que no ha sido antes, o que no será en lo futuro, sino que es todo lo que ha sido o será, y que todo lo que es lo es todo a la vez y de una manera indeterminable, puesto que, repito, su ser es tal, con razón se dice de él que existe simple, absoluta y perfectamente. Pero como todas las otras cosas, experimentando cambios en alguna parte de su ser, han sido o serán lo que no son, son lo que no han sido y lo que cesarán de ser; como lo que fueron no existe ya y como lo que serán no existe aún, y que su ser consiste en un presente que pasa rápidamente y que apenas existe; finalmente, puesto que tal es la mutabilidad de su ser, no sin razón se les niega una existencia perfecta, simple y absoluta, y se afirma que no tienen más que una imperfecta y digna apenas de este nombre. Además, como todo lo que no es, este espíritu ha pasado de la nada al ser, no por sí mismo, sino por virtud de otro, y como abandonado a sí mismo, volvería a la nada si no fuere sostenido por una fuerza que no es la suya, ¿cómo podría atribuirsele una existencia simple, perfecta, absoluta?... ¿No es, por el contrario, con justa razón que se afirma que apenas existe? Como, por otra parte, la existencia de este único y mismo espíritu inefable no puede ser imaginada de ninguna manera como sacada de la nada o susceptible de experimentar algún daño de parte de lo que aun no existe, y como es todo lo que es, no por otro, sino por sí mismo, es decir, por lo que él mismo es, ¿no hay que admitir con razón que es el único simple, perfecto y

¹ Este capítulo viene a ser como un comentario de las palabras de Jehová a Moisés: *Ego sum qui sum* (Ex. 3).

turas, y ni siquiera en los relativos con que se oponen mutuamente. No se puede, pues, admitir en ellos pluralidad más que en esto: que el Padre no procede del Verbo y que, por el contrario, el Verbo procede del Padre. Es, pues, cierto que son dos; pero no se puede expresar la naturaleza de esta dualidad, porque no son dos espíritus, ni dos creadores, ni dos Verbos, ni dos imágenes o semejanzas.

CAPITULUM XXXIX.

QUOD IDEM VERBUM SIT A SUMMO SPIRITU NASCENDO

Quod ipsum nullo utique verbo videtur familiarius posse proferri quam si dicatur proprium esse unius nasci ex altero, et proprium alterius nasci alterum ex ipso. Certum namque iam constat quia verbum summi spiritus non sic est, ex eo, quemadmodum ea quae ab illo facta sunt, sed quemadmodum creator de creatore, summum de summo, et ut plena brevitate omnimoda absolvatur similitudo: penitus idem ipsum est de eodem ipso, et ita ut nullatenus sit nisi ex eo. Cum igitur pateat verbum summi spiritus sic esse ex ipso solo, ut perfectam eius quasi prolem parentis teneat similitudinem, nec sic esse ex ipso, ut fiat ab eo: profecto nullo modo convenientius cogitari potest esse ex illo quam nascendo. Nempe si innumerabiles res indubitanter dicuntur nasci ex his ex quibus habent ut sint, cum nullam eorum de quibus nasci dicuntur, teneant similitudinem, sicut proles parentis, dicimus enim capillos nasci de capite, et poma ex arbore, licet nec illi capitis, nec ista arboris similia sunt: si inquam, multa huiusmodi non absurdè dicuntur nasci: tanto congruentius dici potest verbum summi spiritus ex illo existere nascendo, quanto perfectius quasi proles parentis trahit eius similitudinem ex illo existendo.

CAPITULUM XL.

QUOD VERISSIME ILLE SIT PARENS ET ILLUD PROLES

Quod si convenientissime dicitur nasci, et tam simile est illi de quo nascitur, cur aestimetur simile quasi proles parenti, et non potius asseratur quia tanto verior est ille parens et istud proles, quanto magis et ille ad huius nativitatis perfectionem solus sufficit, et quod nascitur eius similitu-

CAPITULO XXXIX

QUE ESTE VERBO EMANA DEL ESPÍRITU SUPREMO (DIOS PADRE) POR UN VERDADERO NACIMIENTO

Parece que no puede expresarse esto mejor que diciendo que lo propio del Verbo es nacer del Padre, y lo propio del Padre, que el Verbo nazca de El. Porque ya dejamos sentado como cierto que el Verbo del Padre no emana de éste como las cosas creadas, sino como creador de un creador, Ser supremo de un Ser supremo. Y para completar en pocas palabras esta semejanza, es emanado absolutamente el mismo del mismo, de manera que no es más que de El. Puesto que es evidente que el Verbo del Padre emana de El solo, de suerte que conserva su exacta semejanza, como un hijo la de su padre, y que al mismo tiempo no emana a la manera de las cosas hechas por él, no se puede concebir que salga de esta fuente más que por un verdadero nacimiento. ¿No se dice con razón que hay una muchedumbre de objetos que nacen de las cosas que les dan la vida, aunque no tengan con ellas ninguna semejanza, como la que un hijo recibe con frecuencia de su padre? Decimos, efectivamente, que los frutos nacen del árbol, y los cabellos de la cabeza, aunque el fruto no se parezca al árbol o los cabellos a la cabeza. Si, pues, se da justamente el nombre de nacimiento a este género de relaciones, con mayor razón se expresará con exactitud al decir del Verbo que sale del Padre por un verdadero nacimiento, nacimiento tanto más perfecto cuanto que el Verbo recibe su semejanza al recibir la existencia misma, como un hijo reproduce los rasgos de su padre.

CAPITULO XL.

QUE ESTE ESPÍRITU ES VERDADERAMENTE PADRE, Y EL VERBO VERDADERAMENTE HIJO

Si tan exacta es la expresión que el Verbo hace, y si, por otra parte, se asemeja a aquel de quien ha nacido con tanta exactitud, ¿por qué afirmar solamente que es semejante al Espíritu como un hijo a su padre, y no añadir que el Espíritu es tanto más verdadero Padre, y el Verbo tanto

Demuestra que la procecion del Verbo no es por creación o de la nada, ni por hechura, que supone otra materia, sino por nacimiento, porque es de la misma substancia que el Padre y porque es una perfecta semejanza con el Padre.

dinem exprimit? Namque in rebus aliis quas parentis pro-
lisque certum est habitudinem habere, nulla sic gignit, ut
omnino nullius indigens sola per se ad gignendam prolem
sufficiat; nulla sic gignitur, ut nulla admixta dissimilitudine
omnimodam similitudinem parentis exhibeat. Si ergo verbum
summi spiritus sic est omnino ex ipsius sola essentia, et sic
singulariter est illi simile, ut nulla proles sic sit omnino ex
sola parentis essentia, aut sic similis parenti: profecto nullis
rebus tam convenienter videtur aptari habitudo parentis
et proles, quam summo spiritui et verbo eius. Quapropter
illius est proprium verissimum esse parentem, istius vero ve-
rissimam esse prolem.

CAPITULUM XLI

QUOD ILLE VERISSIME GIGNAT, ILLUD GIGNATUR

At hoc constare non poterit, nisi pariter ille verissime
gignat, et istud verissime gignatur. Sicut igitur illud est per-
spicuum, ita hoc esse certissimum necesse est: Quare summi
spiritus est verissime gignere, et verbi eius verissime gigni.

CAPITULUM XLII

QUOD ALTERIUS VERISSIME SIT ESSE GENITOREM ET PATREM, ALTERIUS GENITUM ET FILIUM

Vellem iam quidem et forte possem illum esse verissime
patrem, hoc vero esse verissime filium concludere; sed nec
hoc negligendum existimo, an patris et filii, an matris et
filiae magis illis apta sit appellatio, cum in eis nulla sit sexus
discretio. Nam si idcirco convenienter est ille pater et proles
eius filius, quia uterque est spiritus, cur non pari ratione
alteri convenit esse matrem, alteri filiam, quia uterque est
veritas et sapientia? An quia in his naturis quae sexus habent

más verdadero Hijo, cuanto que el primero se basta por sí
solo a la perfección de este nacimiento, y el segundo expresa
completamente la imagen del primero? Porque en las otras
cosas, en las que reconocemos con ciencia cierta la relación
de padre y de hijo, ninguna engendra encontrando en sí
sola las condiciones necesarias para este acto, ninguna nace
reproduciendo sin ninguna alteración la semejanza del padre.
Por consiguiente, si el Verbo del Espíritu supremo es ente-
ramente lo que es por el acto de esta sola esencia, y le es
tan completamente semejante, que ningún hijo es tan com-
pletamente de la esencia de su padre, y no reproduce tan
exactamente la semejanza, nada seguramente tiene más de-
recho a la relación del padre y del hijo que el Espíritu su-
premo y su Verbo. Por lo cual, lo propio del primero es ser
verdaderamente padre; lo propio del segundo, ser verdade-
ramente hijo.

CAPITULO XLI

QUE EL ESPIRITU (EL PADRE) ENGENDRA VERDADERAMENTE; QUE EL VERBO ES VERDADERAMENTE ENGENDRADO

Esta consecuencia cierta (de lo demostrado en el capi-
tulo anterior) arrastra necesariamente esta otra, a saber:
que el Espíritu engendra verdaderamente y que el Verbo
nace verdaderamente. Desde el momento, pues, que la ver-
dad de los principios precedentes es evidente, es necesario
que la consecuencia sea cierta. Por tanto, pertenece al Es-
píritu supremo engendrar verdaderamente, y al Verbo nacer
verdaderamente.

CAPITULO XLII

QUE AL UNO PERTENECE VERDADERAMENTE SER CREADOR Y PADRE, Y AL OTRO SER ENGENDRADO E HIJO

Quisiera y quizás podría llegar a concluir que el uno es
verdaderamente padre, y el otro verdaderamente hijo. Pero,
como no hay en ellos ninguna diferencia de sexo, no debo
dejar de examinar si la denominación de padre y de hijo o
de madre y de hija les conviene más. Porque, si es más con-
veniente llamar al uno padre y al otro hijo, porque ambos
son espíritu, ¿por qué, por una razón análoga, no les con-
vendrían los nombres de madre y de hija, puesto que ambos
son verdad y sabiduría? ¿Sería porque, entre los seres que

¹ Es decir, femeninos.

differentiam, melioris sexus est patrem esse vel filium, minoris vero matrem vel filiam? Est hoc quidem naturaliter in pluribus; in quibusdam vero e contrario, ut in quibusdam avium generibus, in quibus femininus sexus semper maior et validior est, masculinus vero minor et infirmior.

Aut certe idcirco magis convenit summo spiritui patrem dici quam matrem, quia prima et principalis causa proles semper est in patre. Nam si maternam causam quolibet modo semper paterna praecedit, nimis incongruum est, ut illi parenti aptetur nomen matris, cui ad gignendam prolem nulla alia causa aut sociatur aut praecedit. Verissimum igitur est summum spiritum patrem esse proles suae. Quod si filius semper similior est patri quam filia, nihil autem similis est alteri quam summo patri proles sua: verissimum est hanc prolem non esse filiam sed filium. Sicut igitur proprium est illius verissime gignere, istius vero gigni, sic proprium est illius verissimum esse genitorem, istius vero verissimum genitum. Et sicut alter est verissimus parens, alter verissima proles, sic alter est verissimus pater, alter verissimus filius.

CAPITULUM XLIII

RETRACTATIO COMMUNIONIS AMBORUM ET PROPRIETATUM

SINGULORUM

Inventis tot et tantis singulorum proprietatibus, quibus mira quaedam tam ineffabilis quam inevitabilis, in summa unitate probatur esse pluralitas, valde mihi videtur delectabile retractare, saepius tam impenetrabile secretum. Ecce enim cum sic impossibile sit eundem esse parentem et prolem qui gignit et eum qui gignitur, atque eundem esse parentem et prolem, ut necesse sit alium esse genitorem, alium genitum, et alium esse patrem, alium filium: sic tamen necesse

admiten dos sexos, el padre y el hijo pertenecen al sexo superior: la madre y la hija al inferior? Esto es natural y casi general; sin embargo, ocurre de muy distinto modo en ciertos casos, en algunas especies de aves, por ejemplo, en las cuales la hembra es mayor y más fuerte, el macho más pequeño y débil. No es más exacto decir del Espíritu supremo que es padre, porque, en toda generación, el padre tiene mayor parte? Porque si la acción de la causa materna siempre es precedida por la paterna, es muy inconveniente que se dé el nombre de madre a aquel al cual no acompaña ni precede ninguna otra causa para engendrar la prole. Es, pues, incontrovertible que el Espíritu supremo es el padre del ser que engendra. Y si, por otra parte, un hijo es siempre más semejante a su padre que una hija, y si no hay nada más semejante a otro que el Hijo del Padre supremo lo es a su Padre, es cierto que éste ser engendrado es Hijo y no hija. Del mismo modo, pues, que lo propio del uno es engendrar verdaderamente, lo propio del otro ser verdaderamente engendrado, de igual modo lo propio del uno es ser verdaderamente engendrador y del otro ser verdaderamente engendrado; y como el uno es verdaderamente padre, el otro verdaderamente hijo, de igual modo el uno es verdadero Padre, el otro verdadero Hijo.

CAPITULO XLIII

REVISIÓN DE LO QUE ES COMÚN A LOS DOS Y PROPIO A CADA UNO EN PARTICULAR.

Después de haber encontrado en cada uno de estos términos tantas y tan grandes propiedades, que prueban que en el seno de la unidad suprema existe una pluralidad tan difícil de definir como imposible de negar, experimento un vivo placer en volver con frecuencia sobre una cuestión tan impenetrable. Porque, si es imposible que el que engendra sea el mismo que el engendrado, que el que da el ser sea el mismo que el que le recibe; si, por el contrario, es indispensable que el progenitor sea distinto del engendrado, y el

En resumen, se habla de padre y no de madre, porque aquél es siempre la primera y principal causa en la generación, y, además, Dios Padre engendra al Verbo como único principio, sin cooperación de otro.

Hay que notar que al hablar aquí San Anselmo de lo que tiene de común el Padre y el Hijo no dice *eundem esse*, sino *idem esse etiam qui gignit et eum qui gignitur*; *eundem* indicaría identidad de persona, *idem* se refiere a la substancia. No niega igualmente *alium esse genitorem quam qui est genitus*, sino *aliud esse genitorem quam quod est genitus*; *alium* se refiere a las personas,

est idem esse illum qui gignit et illum qui gignitur, necnon parentem et prolem, ut impossibile sit aliud esse genitorem quam quod est genitus, aliud esse patrem quam quod filius.

Et cum ita sit alius ille et alius ille, ut omnino pateat quod duo sint: sic tamen unus est et idipsum est id quod est ille et ille, ut penitus lateat quid duo sint. Nam sic est alius pater, alius filius, ut cum ambos dixerim, videam me duos dixisse; et sic est idipsum, quod est et pater et filius, ut non intelligam quid duos dixerim. Quamvis namque singulus pater sit perfecte summus spiritus, et singulus filius sit perfecte summus spiritus, sic tamen unum idemque est spiritus pater et spiritus filius, ut pater et filius non sint duo spiritus, sed unus spiritus. Ut sicut singula propria singulorum non recipiunt pluralitatem quia non sunt duorum, ita id quod commune est amborum, individuam teneat unitatem, quamvis totum sit singulorum. Nam sicut non sunt duo patres aut duo filii, sed unus pater et unus filius, quoniam singula sunt singulorum propria; ita non sunt duo sed unus spiritus, quamvis et singuli patris et singuli filii sit perfecte esse spiritum. Sic sunt oppositi relationibus, ut alter nunquam suscipiat proprium alterius; si sunt concordēs natura, ut alter semper teneat essentiam alterius. Sic enim diversi sunt per hoc quod alter est pater, alter filius, ut nunquam dicatur aut pater filius, aut filius pater; et sic idem sunt per substantiam, ut semper sit in pater essentia filii, et in filio essentia patris. Est enim non diversa, sed eadem, non plures sed una utriusque essentia.

CAPITULUM XLIV

QUOMODO ALTER ALTERIUS SIT ESSENTIA

Unde etiam si alter alterius dicatur essentia, non erratur a veritate, sed summa unitas simplicitasque commendatur communis naturae. Non enim quemadmodum intelligitur sapientia hominis, per quam homo sapiens est, qui per se non

allud a la naturaleza o esencia. Por no tener cuenta de esto, M. Bonchitté hace decir a San Anselmo que «el que engendra es el mismo que el engendrado, el Padre el mismo que el Hijo, de suerte que es imposible que el que engendra sea distinto del engendrado, el Padre distinto del Hijo». Es todo lo contrario que dice San Anselmo en este capítulo. Por lo demás, en el siguiente explica aún más y completa su pensamiento, que encierra la doctrina de la Iglesia.

padre distinto del hijo, no es menos necesario en el tema que tratamos, que el que engendra sea lo mismo que el engendrado, el padre lo mismo que el hijo, de suerte que es imposible que el engendrador sea distinto del engendrado, el padre distinto que el hijo. Y mientras ambos son tan distintos el uno del otro, que su dualidad aparece claramente bien distinta, sin embargo, lo que son uno y otro es de tal modo una sola y misma cosa, que su esencia común queda profundamente oculta. Porque el Padre y el Hijo difieren bajo este aspecto de tal modo que, cuando se nombra a los dos, parece que se los divide, y, sin embargo, lo que les constituye en su unidad es de tal modo una sola cosa, que no puedo comprender ni concebir la esencia de este algo que he nombrado dos. Aunque, en efecto, el Padre en particular sea perfectamente el Espíritu supremo y que el Hijo en particular sea igualmente este mismo Espíritu, sin embargo, el Padre y el Hijo son de tal modo un solo y mismo Espíritu, que no son dos, sino un solo Espíritu, y así como las propiedades particulares de cada uno no admiten pluralidad, porque no son propiedades de los dos, de igual modo lo que es común a los dos conserva la unidad individual, aunque pertenece enteramente a cada uno de ellos. Porque así como no hay dos padres o dos hijos, sino un solo padre y un solo hijo, porque cada una de estas propiedades es particular de uno solo, igualmente no son dos espíritus, sino uno solo, aunque pertenezca al Padre en particular y al Hijo en particular ser el espíritu perfecto.

De tal modo son opuestos en sus relaciones, que nunca admite el uno lo que es propio del otro; y de tal modo concuerdan por su naturaleza, que el uno siempre tiene la esencia del otro. En efecto, de tal modo difieren por el hecho que uno es Padre y el otro Hijo, que jamás se dice que el Padre es el Hijo o que el Hijo es el Padre; y de tal modo son la misma cosa por su esencia, que la esencia del Hijo está siempre en el Padre, y la esencia del Padre en la del Hijo, porque la esencia del uno y del otro no es distinta, sino la misma; no es múltiple, sino única.

CAPITULO XLIV

CÓMO EL PADRE Y EL HIJO SON MUTUAMENTE LA ESENCIA EL UNO DEL OTRO

Siguese también de todo lo que precede que decir que el uno es la esencia del otro no es alejarse de la verdad, sino expresar mucho mejor la unidad suprema y la simplicidad de su naturaleza común. Hablamos a veces de la sabiduría

potest esse sapiens; ita intelligi potest, si dicatur Pater essentia Filii et Filius essentia Patris, ut eodem modo sit Filius existens per Patrem, et Pater per Filium, quasi non possit alter existens esse nisi per alterum, sicut homo non potest esse sapiens nisi per sapientiam. Sicut namque summa sapientia semper sapit per se, ita summa essentia semper est per se. Est autem perfecte summa essentia Pater et perfecte summa essentia Filius. Pariter ergo perfectus Pater per se est, et perfectus Filius per se est, sicut uterque sapit per se. Non enim idcirco minus perfecta est essentia vel sapientia Filii, quia est essentia nata de Patris essentia et sapientia de sapientia; sed tunc minus perfecta essentia aut sapientia esset, si non esset per se aut non saperet per se. Nequaquam enim repugnat, ut Filius et per se subsistat et de Patre habeat esse. Sicut enim Pater habet essentiam et sapientiam et vitam in semetipso, ut non per alienam sed per suam essentiam sit, per suam sapientiam sapiat, per suam vitam vivat; ita gignendo dat Filio habere essentiam et sapientiam et vitam in semetipso, ut non per extraneam, sed per suam essentiam, sapientiam et vitam subsistat, sapiat et vivat. Alioquin non erit idem esse Patris et Filii, nec erit par Patri Filius. Quod quam falsum sit, liquidissime superius per visum est.

Quare non repugnat Filium et subsistere per se et esse de Patre, quia hoc ipsum, id est per seipsum posse subsistere, necesse est illum habere ex Patre. Nam si quis sapiens suam me sapientiam cuius prius expers essem, doceret: utique hoc ipsa sapientia eius facere non incongrue diceretur. Sed quamvis mea sapientia ab illius sapientia haberet esse et sapere, tamen cum iam esset, non nisi sua essentia esset nec saperet nisi seipsa. Multo igitur magis aeterni Patris coaeternus Filius, qui sic habet a Patre esse ut non sint duae essentiae, per se subsistit, sapit et vivit. Non igitur sic intelligi potest quod Pater Filii aut Filius Patris sit essentia quasi alter non possit subsistere per se sed per alterum; sed ad significandam quam habent communionem summe simplicis summeque unius essentiae, sic congrue dici et intelligi potest quia sic est alter idipsum quod alter, ut alter habeat essen-

de un hombre, sabiduría por la cual es sabio; pero no podría serlo por sí mismo. No hay que entender en este sentido nuestras palabras cuando decimos que el Padre es la esencia del Hijo, y el Hijo la esencia del Padre. Porque de ahí se seguiría que el Padre existe por el Hijo, y el Hijo por el Padre, como si uno no pudiese existir más que por el otro, como un hombre no puede ser sabio más que por la sabiduría. Pero como la sabiduría suprema es siempre sabia por sí misma, igualmente la esencia suprema existe siempre por sí misma. El Padre es enteramente la esencia suprema, el Hijo enteramente la esencia suprema; el Padre es, pues, perfecto por sí mismo, el Hijo perfecto por sí mismo, como uno y otro son sabios por sí mismos. El Hijo no es una esencia y una sabiduría menos perfecta porque su esencia haya nacido de la esencia del Padre, y su sabiduría nacida de la suya; pero su esencia y su sabiduría serían menores si El no existiese y no fuese sabio por sí mismo. No es contradictorio que el Hijo exista por sí mismo y reciba su ser del Padre. Porque del mismo modo que el Padre tiene la esencia y la vida en sí mismo, de suerte que existe por su propia esencia, que es sabio por su propia sabiduría, que vive por su propia vida, y no por la esencia, por la sabiduría o la vida de otro, igualmente, engendrando a su Hijo, le da el tener en sí mismo la esencia, la sabiduría y la vida, de suerte que exista, sea sabio y viva por una esencia, una sabiduría y una vida que le sean propias, que no le vengan de otro. De lo contrario, la esencia del Hijo no sería la esencia del Padre, y el Hijo no le sería igual. Ahora bien, hemos demostrado anteriormente que semejante conclusión sería falsa. No es, pues, contradictorio que el Hijo exista por sí mismo y haya nacido, sin embargo, del Padre, porque es necesario que reciba del Padre esta condición particular de poder existir por sí mismo. Porque si un sabio me enseñase su sabiduría, se atribuiría con razón el efecto resultante a la acción de esta sabiduría misma; pero aunque mi sabiduría hubiese recibido su ser y la calidad de la suya, sin embargo, desde el momento en que se hubiese establecido en mí, no existiría más que por su propia esencia y sería sabiduría por sí misma. Con mayor razón, el Hijo, coeterno del Eterno Padre, que ha recibido de El el ser, de manera que no es más que una esencia y no dos, debe subsistir, ser sabio y vivir por sí mismo. No se debe, por tanto, entender que el Padre sea la esencia del Hijo, y el Hijo la esencia del Padre, en el sentido de que el uno no pueda subsistir por sí mismo, sino únicamente por otro; con eso expresamos únicamente la comunión de una existencia soberanamente simple y una. Así puede muy bien comprenderse y decirse con razón que el uno es el mismo que el otro, para expresar que el uno tiene

tiam alterius. Hac itaque ratione, quoniam utrique non aliud est habere essentiam quam essentiam esse: sicut habet alter alterius essentiam, ita est alter essentia alterius; id est idem esse est alteri quod alteri.

CAPITULUM XLV

QUOD APTIUS DICI POSSIT FILIUS ESSENTIA PATRIS QUAM PATER FILII; ET QUOD SIMILITER SIT FILIUS PATRIS VIRTUS ET SAPIENTIA ET SIMILIA.

Quod licet secundum perspectam rationem verum sit, valde tamen magis congruit Filium dici essentiam Patris quam Patrem essentiam Filii. Quoniam namque Pater a nullo habet essentiam nisi a seipso, non satis apte dicitur habere essentiam alicuius nisi suam. Quia vero Filius essentiam suam habet a Patre, et eandem quam habet Pater: aptissime dici potest habere essentiam Patris. Quare quoniam neuter aliter habet essentiam quam existendo essentia: sicut satis aptius intelligitur habere Filius Patris essentiam quam Pater Filii, ita convenientius dici potest Filius Patris essentia quam Pater Filii. Nam hæc una si fiat prolatio, satis acuta brevitate commendat Filium non solum eandem essentiam habere cum Patre, sed hanc ipsam habere de Patre. Ut hoc sit: Filius est essentia Patris, quod est: Filius est non differens essentia de Patris essentia, immo de Patris essentia. Similiter ergo est Filius Patris virtus et sapientia seu veritas, et iustitia et quidquid summi spiritus convenit essentiae.

CAPITULUM XLVI

QUOMODO QUÆDAM EX IIS QUAE SIC PROFERUNTUR, ALTER QUOQUE POSSINT INTELLIGI

Videntur tamen quaedam ex iis quae sic proferri et intelligi possunt, aliam quoque non incongruam sub hac ipsa pronuntiatione intelligentiam suscipere. Liqueat enim Filium esse verum verbum, id est perfectam intelligentiam, sive perfectam

la esencia del otro. Por consiguiente, puesto que, para ambos, tener una esencia es lo mismo que ser una esencia, como el uno tiene la esencia del otro, el uno es la esencia del otro, es decir, que el uno y el otro no son más que un solo ser.

CAPITULO XLV

QUE ES MÁS EXACTO DECIR QUE EL HIJO ES LA ESENCIA DEL PADRE QUE DECIR QUE EL PADRE ES LA ESENCIA DEL HIJO, Y QUE IGUALMENTE EL HIJO ES LA VIRTUD, LA SABIDURÍA DEL PADRE, Y ASÍ PARA LOS DEMÁS ATRIBUTOS

Aunque la consecuencia expuesta anteriormente haya sido demostrada verdadera por sólidas razones, es mucho más exacto, sin embargo, decir del Hijo que es la esencia del Padre que decir del Padre que es la esencia del Hijo. Porque puesto que el Padre no tiene su esencia más que de sí mismo, es más propio decir que tiene su esencia propia que decir que la tiene de otro, y como el Hijo ha recibido su esencia del Padre y es la misma del Padre, es más propio decir que tiene la esencia del Padre. Por lo cual, como ni uno ni otro tienen la esencia más que porque cada uno es El mismo su esencia, y como es fácil comprender que el Hijo ha recibido la esencia del Padre y no el Padre la del Hijo, es mejor y más razonable decir que el Hijo es la esencia del Padre que decir que el Padre es la esencia del Hijo. Con esta manera de expresarse se hará comprender prontamente que no solamente el Hijo comparte esta esencia con el Padre, sino que la tiene del Padre, de suerte que se pueda decir que el Hijo es la esencia del Padre, lo que es como si se dijese: el Hijo es una esencia no distinta de la esencia del Padre, más aún, es la esencia del Padre. En este sentido se dice del Hijo que es la virtud, la sabiduría, la verdad, la justicia del Padre y todo lo que conviene a la esencia del Espíritu supremo.

CAPITULO XLVI

QUE ALGUNAS DE LAS CONSIDERACIONES PRECEDENTES PUEDEN SER ENTENDIDAS AÚN DE OTRO MODO DEL QUE HAN SIDO EXPUESTAS.

Sin embargo, algunas de estas expresiones por las que se acostumbra a designar al Hijo y concebir sus distintas condiciones, pueden presentar otros sentidos que no son menos acordes con la verdad. Porque es claro que el Hijo es el verdadero Verbo, la inteligencia perfecta, es decir, el com-

totius paternae substantiae cognitionem et scientiam et sapientiam, id est, quae ipsam Patris essentiam intelligit, et cognoscit, et scit et sapit. Si igitur hoc sensu Filius dicatur Patris intelligentia, et sapientia, et scientia et cognitio, sive notitia, quoniam intelligit, sapit, scit, et novit patrem: nequaquam a veritate disceditur. Veritas quoque Patris aptissime dici potest Filius, non solum eo sensu quia est eadem Filii veritas, quae est et Patris, sicut iam perspectum est; sed etiam hoc sensu, ut in eo intelligatur non imperfecta quaedam imitatio sed integra veritas paternae substantiae, quia non est aliud quam quod est Pater.

CAPITULUM XLVII

QUOD FILIUS SIT INTELLIGENTIA INTELLIGENTIAE, ET VERITAS VERITATIS, ET SIMILITER DE SIMILITUDINE

At si ipsa substantia Patris est intelligentia, et scientia, et sapientia, et veritas, consequenter colligitur quia sicut Filius est intelligentia, et scientia, et sapientia, et veritas paternae veritatis, ita est intelligentia intelligentiae, scientia scientiae, sapientia sapientiae, veritas veritatis.

CAPITULUM XLVIII

QUOD IN MEMORIA INTELLIGATUR PATER, SICUT IN INTELLIGENTIA FILIUS: ET QUOMODO FILIUS SIT INTELLIGENTIA VEL SAPIENTIA MEMORIAE, ET MEMORIA PATRIS ET MEMORIAE

De memoria vero quid sentiendum est. An aestimandus est Filius intelligentia memoriae, sive memoria Patris, aut memoria memoriae? Equidem cum summa sapientia sui memor esse negari non possit: nihil competentius quam in memoria Pater sicut in verbo Filius intelligitur, quoniam de memoria nasci verbum videtur. Quod clarius in nostra mente percipitur. Quoniam namque mens humana non semper se cogitat, sicut sui semper meminit: liquet cum se cogitat quia verbum eius nascitur de memoria. Unde apparet quia, si semper se cogitaret, semper verbum eius de memoria nasce-

pleto conocimiento de toda la substancia del Padre, su ciencia y su sabiduría, es decir, que conoce la esencia misma del Padre y es sabio con su sabiduría. Por tanto, si en este sentido el Hijo es llamado la inteligencia del Padre, su sabiduría, su ciencia, su conocimiento, su pensamiento, porque comprende, sabe y conoce al Padre y su sabiduría, no se dice con ello nada falso. El Hijo puede también con razón ser llamado la verdad del Padre, no solamente en el sentido de que la verdad del Padre es la misma que la del Hijo, como hemos demostrado, sino también en este otro: que se encuentra en él una imitación no imperfecta, sino completa y verdadera de la substancia del Padre, porque no es otra cosa que lo que es el Padre mismo.

CAPITULO XLVII

QUE EL HIJO ES LA INTELIGENCIA DE LA INTELIGENCIA Y LA VERDAD DE LA VERDAD

Pero si la substancia del Padre es inteligencia, ciencia, sabiduría y verdad, y si el Hijo es inteligencia, ciencia, sabiduría y verdad de la substancia del Padre, es, por tanto, necesariamente la inteligencia de la inteligencia, la ciencia de la ciencia, la sabiduría de la sabiduría, la verdad de la verdad.

CAPITULO XLVIII

QUE EN LA MEMORIA SE ENTIENDE AL PADRE, COMO EN LA INTELIGENCIA AL HIJO, Y COMO EL HIJO ES LA INTELIGENCIA O LA SABIDURÍA DE LA MEMORIA Y LA MEMORIA DEL PADRE Y DE LA MEMORIA

¿Qué debemos pensar de la memoria? ¿Hay que mirar al Hijo como la inteligencia de la memoria, o como la memoria del Padre, o como la memoria de la memoria? No se puede negar que la sabiduría suprema se acuerde de sí misma; es justo, por tanto, comprender que el Padre está en la memoria de la misma manera que el Hijo está en el Verbo, porque el Verbo parece nacer de la memoria, como se ve claramente en el pensamiento humano.—Porque, como el alma del hombre no se piensa siempre, pero siempre se acuerda de sí misma, es claro que, cuando se piensa, su verbo nace de su memoria, de donde se sigue que, si ella se pensase

Es decir, en el sentido activo. En esto concuerda con las palabras de Jesucristo: *Nemo novit Patrem nisi Filius...*

retur. Rem etenim cogitare cuius memoriam habemus, hoc est mente eam dicere; verbum vero rei est ipsa cogitatio ad eius similitudinem ex memoria formata. Hinc itaque liquido animadverti potest de summa sapientia, quae sic semper se dicit sicut semper sui memor est, quia de aeterna memoria eius coaeternum verbum nascitur. Sicut igitur verbum congrue intelligitur proles, ita memoria parentis nomen aptissime suscipit. Si ergo proles, quae omnino de solo summo spiritu nata est, proles est memoriae eius: nihil consequentius quam quia memoria sua est idem ipse. Quippe non in eo quod sui memor est, sic est in sua memoria velut alia res in alia, quemadmodum ea quae sic sunt in humanae mentis memoria, ut non sint ipsa nostra memoria, sed sic est memor sui, ut ipse memoria sua sit.

Consequitur itaque ut quomodo Filius est intelligentia sive sapientia Patris, ita sit et paternae memoriae. At quidquid Filius sapit aut intelligit, eius similiter et meminit. Est igitur Filius memoria Patris et memoria memoriae, id est memoria memor Patris, qui est memoria, sicut est sapientia Patris, et sapientia sapientiae, id est sapientia sapiens Patrem sapientiam. Et Filius quidem memoria nata de memoria, sicut sapientia nata de sapientia; Pater vero de nullo nata memoria vel sapientia.

CAPITULUM XLIX

QUOD SUMMUS SPIRITUS SE AMET

Sed ecce, dum huius Patris Filique proprietates communionemque delectabiliter intueor, nihil delectabilius in illis contemplandum invenio quam mutui amoris affectum. Quam enim absurde negetur summus spiritus se amare, sicut qui

siempre, su Verbo nacería siempre de su memoria, ya que pensar una cosa de la que tenemos memoria es decir la en nuestro espíritu; y, por otra parte, el verbo de esta cosa no es más que el pensamiento mismo formado de la memoria a semejanza del objeto. Esto se puede ver claramente, en cuanto a la sabiduría suprema, que se dice siempre, como siempre también se acuerda de sí misma, porque de su memoria eterna nace su Verbo coeterno. Así, pues, como el Verbo es llamado con razón Padre, del mismo modo la memoria es llamada con razón Padre. Si, pues, el Hijo, que ha nacido entero del solo Espíritu supremo, es el Hijo de su memoria, nada más justo que concluir que su memoria es El mismo. Porque, al recordarse de sí mismo, no está en su memoria como una cosa está en otra; a la manera de lo que está en nuestra memoria sin ser nuestra memoria, pero se acuerda de sí mismo, de modo que sea su propia memoria. Síguese de aquí que así como el Hijo es la inteligencia o la sabiduría del Padre, lo es también de la memoria paterna. Ahora bien, el Hijo se acuerda igualmente de todo lo que sabe o comprende. El Hijo es, pues, la memoria del Padre y la memoria de la memoria; es decir, la memoria que se acuerda del Padre, que es la memoria; como es la sabiduría del Padre y la sabiduría de la sabiduría, es decir, la sabiduría que comprende y expresa al Padre, que es la sabiduría. Sin embargo, el Hijo es la memoria nacida de la memoria, como es la sabiduría nacida de la sabiduría; pero el Padre es la memoria o la sabiduría nacidas de la nada.

CAPITULO XLIX
QUE EL ESPÍRITU SUPREMO SE AMA

Pero mientras yo me complazco en considerar estas propiedades y esta comunidad del Padre y del Hijo, no encuentro más agradable contemplación que la del sentimiento mutuo de su amor. ¡Qué absurdo es negar que el Espíritu su-

Estas sutilezas son un remedo de lo que trae San Agustín en su tratado *De Trinitate*, l. X. No hay que tomarlas en sentido estricto, porque el mismo San Anselmo demostró en el c. 22 que en la Santísima Trinidad no hay pasado ni futuro y, por consiguiente, tampoco memoria.

El Descubiertas ya por la sola razón dos personas en la Santísima Trinidad, el Padre y el Hijo, exactamente como nos lo dicta la fe, el santo Doctor pasa a descubrir la tercera que falta para que se realice la verdadera Trinidad, que creemos y admitimos. Y procede como hasta aquí, poquito a poco, con pasos lentos e infantiles. Y así en este capítulo investiga en la suprema esencia el amor por el cual el Padre ama al Hijo y el Hijo al Padre. Lo hace con mé-

memor est et se intelligit, eum et mens rationalis se et illum amare posse convincatur, ex eo quia sui et illius memor esse, et se et illum intelligere potest? Otiosa namque et penitus inutilis est memoria et intelligentia cuiuslibet rei, nisi prout ratio exigit res ipsa ametur aut reprobetur. Amat ergo se ipsum summus spiritus, sicut sui meminit et se intelligit.

QUOD IDEM AMOR PARITER PROCEDAT A PATRE ET FILIO

Palam certe est rationem habenti eum non idcirco sui memorem esse aut se intelligere quia se amat, sed ideo se amare quia sui meminit et se intelligit, nec eum se posse amare, si sui non sit memor aut se non intelligat. Nulla enim res amatur sine eius memoria aut intelligentia, et multa tenentur memoria et intelliguntur, quae non amantur. Patet igitur amorem summi Spiritus ex eo procedere, quia sui memor est et se intelligit. Quod si in memoria simul summi Spiritus intelligitur Pater, in intelligentia Filius, manifestum est quia a Patre pariter et Filio summi Spiritus amor procedit.

CAPITULUM LI

QUOD UTERQUE PARI AMORE DILIGAT SE ET ALTERUM

Sed si se amat summus Spiritus, procul dubio amat se Pater, amat se Filius, et alter alterum, quia singulus Pater est summus Spiritus, et singulus Filius summus Spiritus, et ambo simul unus Spiritus; et quia uterque pariter sui et alterius meminit, et se et alterum intelligit. Et quoniam omnino idipsum est quod amat vel amatur in Patre, et quod in Filio; necesse est ut pari amori uterque diligat se et alterum.

todo; pues así como la inteligencia sigue a la memoria, así a la inteligencia sigue la voluntad y al pensamiento el amor. Y tan natural le parece este proceso psicológico, avalorado por la experiencia humana; que se admira de que se pueda negar la existencia de ese amor en Dios, desde el momento que se recuerda y se comprende. La memoria y la inteligencia, dice, son inútiles, no tienen razón de ser, si no es para que amemos o reprobemos aquello que nos representan. Están hechas para hacernos felices y llevarnos a nuestro fin. Nada ha sido creado inútilmente por la divina Sabiduría. Por lo mismo, es necesario que, si tenemos memoria e inteligencia, tengamos también amor y odio, y así podamos amarnos y amar al Creador, y odiar lo que de El nos aparta.

En el capítulo siguiente demostrará que esa tercera persona de la Santísima Trinidad procede no sólo del Padre, sino también del Hijo.

premo se ama, así como que se acuerda de sí mismo y que se comprende! Sobre todo cuando se puede probar que el alma racional puede amarle y amarse a sí misma, puede acordarse de sí y de El, puede comprenderse y comprenderle. Porque la memoria y la inteligencia de una cosa cualquiera es inútil y sin fin, a menos de que, según las luces de la razón, la cosa sea amada o reprobada; el Espíritu supremo se ama, por consiguiente, por el hecho mismo de que se acuerda de sí mismo y se comprende.

CAPITULO LI

QUE ESTE MISMO AMOR PROCEDE IGUALMENTE DEL PADRE Y DEL HIJO

Todo hombre de sentido comprende en seguida que el Espíritu supremo no se acuerda de sí mismo ni se comprende porque se ama, sino que se ama, por el contrario, porque se acuerda de sí mismo y porque se comprende, porque no podría amarse si no tuviese la memoria y la inteligencia de sí mismo. Nada, en efecto, es amado si no se conserva su memoria y no se tiene su inteligencia. Por otra parte, hay muchas cosas que son comprendidas y conservadas por la memoria, sin ser amadas; es, pues, cierto que el amor del Espíritu supremo procede de que se acuerda de sí mismo y se comprende. Y si por la memoria entendemos aquí al Padre y por la inteligencia al Hijo, será evidente que el amor del Espíritu supremo procede a la vez del Padre y del Hijo.

CAPITULO LI

QUE CADA UNO DE ELLOS AMA AL OTRO Y A SÍ MISMO CON UN AMOR IGUAL

Pero si el Espíritu supremo se ama, sin duda ninguna el Padre se ama, el Hijo se ama y el uno ama al otro, porque el Padre en particular es el Espíritu supremo, y el Hijo en particular el Espíritu supremo, y ambos son un solo espíritu; y porque cada uno de ellos se recuerda a la vez de sí mismo y del otro, se comprende y comprende al otro, y porque, en el Padre como en el Hijo, el que ama es también el que es amado, síguese necesariamente que cada uno se ama y ama al otro con igual amor.

CAPITULUM LII

QUOD TANTUS SIT IPSE AMOR, QUANTUS EST SUMMUS SPIRITUS

Quantus ergo est amor iste summi Spiritus sic communis Patri et Filio? Sed si tantum se diligit, quantum sui meminit et se intelligit, tantum autem sui memor est et intelligit se, quanta est eius essentia, quod aliter esse non potest: profecto tantus est amor eius, quantus ipse est.

CAPITULUM LIII

QUOD IDEM AMOR SIT IDIPSUM, QUOD EST SUMMUS SPIRITUS, ET TAMEN IPSE CUM PATRE ET FILIO UNUS SPIRITUS

Verum quid potest esse par summo Spiritui nisi summus Spiritus? Iste itaque amor est summus Spiritus. Denique si nulla unquam creatura, id est si nihil unquam aliud esset quam summus Spiritus Pater et Filius: nihilominus seipsos et invicem Pater et Filius diligerent. Consequitur itaque hunc amorem non esse aliud quam quod est Pater et Filius, quod est summa essentia. At quoniam summae essentiae plures esse non possunt, quid magis necessarium, quam Patrem et Filium et utriusque amorem unam esse summam essentiam? est igitur idem amor summa sapientia, summa veritas, summum bonum, et quidquid de summi Spiritus substantia dici potest.

CAPITULUM LIV

QUOD TOTUS PROCEDAT A PATRE, TOTUS A FILIO, ET TAMEN NON SIT NISI UNUS AMOR

Intuendum est diligenter utrum sint duo amores, unus a Patre procedens, alter a Filio; an unus non totus ab uno procedens, sed partim a Patre partim a Filio; an nec plures nec unus partim procedens a singulis, sed unus totus a sin-

CAPITULO LII

QUE ESTE AMOR TIENE POR MEDIDA LA INMENSIDAD DEL ESPÍRITU SUPREMO

¿Cuál es, pues, la grandeza de este amor del Espíritu supremo, común al Padre y al Hijo? Si este Espíritu se ama tanto como se acuerda de sí y se comprende, y si se acuerda de sí y se comprende tanto como es, y no puede ser de otro modo, su amor es ciertamente tan grande como El mismo.

CAPITULO LIII

QUE ESTE AMOR ES EL MISMO ESPÍRITU SUPREMO Y QUE, SIN EMBARGO, ES UN SOLO ESPÍRITU CON EL PADRE Y EL HIJO

Pero ¿quién puede ser igual al Espíritu supremo, si no es El mismo? Este amor es, por tanto, el Espíritu supremo. Además, si no hubiese ninguna criatura, es decir, si no hubiese nada más que el Espíritu supremo, el Padre y el Hijo no se amarían menos ellos mismos y mutuamente. Siguese, por tanto, que este amor no es otra cosa que lo que son el Padre y el Hijo, es decir, la esencia suprema. Pero como no puede haber varias esencias supremas, ¿qué conclusión hay más necesaria que ésta: que el Padre, el Hijo y el Amor que les une son la esencia una y suprema? Este mismo amor es, pues, la soberana sabiduría, la soberana verdad, el soberano bien y todo lo que puede afirmarse de la substancia del soberano Espíritu.

CAPITULO LIV

QUE PROCEDE ENTERO DEL PADRE Y ENTERO DEL HIJO Y QUE, SIN EMBARGO, NO ES MÁS QUE UN SOLO AMOR

Hay que examinar cuidadosamente si hay dos amores, uno que procede del Padre, otro del Hijo, o uno solo, que no procede entero de uno de los dos, sino en parte del Padre y en parte del Hijo, o más bien ver si no es mejor rechazar la idea de que hay varios o uno solo que procede en

Prueba aquí el autor que dicho amor no es, como el nuestro, transitorio y algo accidental, sino la misma substancia divina, es decir, Dios mismo.

gulis et idem totus a duobus simul. Sed huius dubitationis certitudo hinc indubitanter cognoscitur, quia non ex eo procedit in quo plures sunt Pater et Filius, sed ex eo in quo, unum sunt. Nam non ex relationibus suis quae plures sunt, alia est enim relatio Patris, alia Filii, sed ex ipsa sua essentia, quae pluralitatem non admittit, emittunt Pater et Filius tantum bonum. Sicut ergo singulus Pater est summus Spiritus, et singulus Filius est summus Spiritus, et simul Pater et Filius non duo sed unus Spiritus: ita a singulo Patre manat totus amor summi Spiritus, et a singulo Filio totus, et simul a Patre et Filio non duo toti, sed unus idemque totus.

CAPITULUM LV

QUOD NON SIT EORUM FILIUS

Quid igitur? Cum hic amor pariter habeat esse a Patre et Filio, et sic similis sit ambobus ut nullatenus dissimilis sit illis, sed omnino idem sit quod illi: nunquid filius eorum aut proles aestimandus est? Sed sicut verbum mox ut consideratur, se prolem eius esse a quo est, evidentissime probat, promptam praeferendo parenti imaginem: sic amor aperte se prolem negat, quia dum a Patre et Filio procedere intelligitur, non statim tam perspicuam exhibet se contemplanti eius ex quo est similitudinem; quamvis ipsum considerata ratio doceat omnino idipsum esse quod est Pater et Filius. Denique si proles eorum est: aut alter eorum erit Pater eius, alter mater, aut uterque pater sive mater est; quae omnia veritati repugnare videntur. Quoniam namque nullatenus aliter a Patre procedit quam a Filio, nulla veritas patitur ut

parte del Padre y en parte del Hijo, y admitir que no hay más que uno que procede entero de cada uno y entero de los dos a la vez. Pero será fácil, seguramente, salir de esta incertidumbre, si se considera que este amor no procede del Padre y del Hijo en cuanto son varios, sino en cuanto que son uno solo. Porque el Padre y el Hijo producen este bien tan grande, no de sus relaciones particulares, que son múltiples, ya que la del Padre es diferente de la del Hijo, sino de su esencia misma, que no admite pluralidad. Por tanto, como el Padre en particular es el Espíritu supremo y el Hijo en particular también, y como el Padre y el Hijo no son dos espíritus, sino uno solo, así el Amor del soberano Espíritu emana entero del Padre en particular y del Hijo en particular, no como dos amores enteros y diferentes, sino como uno solo y mismo todo entero.

CAPITULO LV

QUE EL AMOR NO ES SU HIJO

Entonces, ¿qué diremos? Puesto que este amor emana a la vez del Padre y del Hijo y que les es de tal modo semejante que no difiere en nada, sino que es idénticamente el mismo, ¿debe ser mirado como su Hijo? De ninguna manera, porque como el Verbo, desde que se le estudia, prueba incontestablemente, al reproducir la imagen fiel del Padre, que es verdaderamente Hijo de aquel de quien emana, de igual manera el Amor muestra claramente que no es Hijo, puesto que, siendo concebido como procedente del Padre y del Hijo, no presenta a primera vista, a aquel que le contempla, la semejanza evidente del ser de quien emana; además, la relación que les une, bien considerada, muestra que es completamente la misma esencia que el Padre y el Hijo. Finalmente, si es su Hijo, el uno será su Padre, el otro su Madre, o los dos serán a la vez padre y madre, consecuencias todas contradictorias con la verdad. Porque, como no procede del Padre de una manera y del Hijo de otra, la verdad no permite expresar en términos diferentes la relación

